

*Enea Silvio Piccolomini an NvK. Er verkündet die Verurteilung des preußischen Bundes und seine baldige Abreise nach Siena und beklagt sich über die große Kälte.*

*Kopie (aut.): WIEN, ÖNB, CVP 3389 f. 193<sup>v</sup>.*

*Druck: Weiss, Aeneas Sylvius Piccolomini 231 Nr. 98; Wolkan, Briefwechsel III 1, 388f.; RTA XIX 1, 48 Nr. 8,1 (Auszug).*

*Regest: Voigt, Briefe, Nr. 320.*

Domino cardinali sancti Petri. Reverendissime in Christo pater et domine mi colendissime. Post humilem recommendationem. Venientem ad partes vestras Matheum Pisanum<sup>1)</sup> nolui meis litteris transire vacuum, quibus me nondum ivisse domum sciretis. Id fecit causa Prutenica, que his diebus absoluta est; lata sententia et liga cassata.<sup>2)</sup> Neque enim prius licentiam abeundi cesar dedit. Ibo ergo nunc ad ecclesiam meam peractis dominice festivitatis solemnitatibus, nisi aliud subsit impedimentum, 5 quod deus procul avertat.<sup>3)</sup> Id propterea scribo, ut sciatis, in quo loco ad me possitis scribere, si quid sit, quod mihi veluti servo vestro velitis committere. Terret me tamen frigoris austeritas, cuius similem postquam in Alania dego, nunquam expertus sum neque homines quamvis senes harum partium maiorem intemperiem vidisse se meminerunt. Extraordinarie temporum vices mirabiles solent pertendere calamitates. Deus nostri misereatur. Hec terra carestiam timet, pestis in foribus est, bella et Christianorum et gentium expectamus circuncisarum. Disputos Rascie<sup>4)</sup> cum Turcho fertur conciliatus.<sup>5)</sup> Hic expectantur apostolici legati. Interim cuncta silent. Deus bene omnia vertat. Valeat dignatio vestra et me habeat suo more commendatum. Ex Nova civitate die 16. decembris 1453. 10

Servulus vester Eneas, episcopus Senensis.

---

1 colendissime: *folgt gestr.* que nunc scribam dignationi vestre pauca sunt, nec tamen hic nuntius meis.

---

<sup>1)</sup> *Vielleicht Matheus, Sohn des Petrus de Nero de Pisa, Diener Friedrichs III. (1440), s. Chmel, Regesta Nr. 26, 58. Er ist auch 1446 und 1447 als Bote Friedrichs III. nach Mailand erwähnt; Wolkan, Briefwechsel II 36, 266.*

<sup>2)</sup> *Am 1. Dezember entschied Kaiser Friedrich III. zugunsten des Deutschen Ordens und erklärte den Preußischen Bund für illegal; vgl. Boockmann, Laurentius Blumenau 81f.; Reinle, Ulrich Riederer 356; Eibl, Regesten Friedrichs III. XXIV Nr. 185; Helmrath, RTA XIX 2, 690.*

<sup>3)</sup> *Aus der langersehnten Rückkehr nach Siena wurde jedoch vorerst nichts, da Enea am Türkenreichstag von Regensburg im April 1454 und dann an den beiden folgenden Reichstagen teilnehmen sollte; s.u. Nr. 3830.*

<sup>4)</sup> *Georg (Đurađ) Branković, Despot von Serbien. Raszjen (Raška) ist eine historische Landschaft in Serbien, der Name wurde häufig als Synonym für ganz Serbien gebraucht.*

<sup>5)</sup> *Zur Unterwerfung des Georg Brankovićs s. RTA XIX 1, 47 Anm. 3; zur Person RTA XIX 3, 880 s.v.*